

Similia, quia impediunt contrahendum, & dicuntur jam contractum, respectu illius personæ, respectu cuius sunt ista impedimenta; quod pro tanto additur, quia non tantum casuale: sed etiam naturale impedimentum potest esse respectu unius personæ; & non respectu alterius; maxime de naturali in muliere. Sed post divorcium est duplex differentia: una, quod habent impedimentum casuale licet contrahere, & si post contractum carnaliter copuletur secundæ, non debet reddi prior; quia maleficius respectu unius, non propter hoc est maleficius respectu omnium: sic enim est maleficius, sicut ministri diaboli procurant cum per maleficius diaboli: sicut aliqua maga vult illum perpetuo impediri respectu illius, non tamen respectu alterius, puta si nollet, quod istam duceret, sed se, vel aliam. Alter autem, scilicet habens impedimentum naturale perpetuum; & hoc respectu cuiuslibet, debet mansere sine spe conjugii, & tutum esset sibi intrare Religionem, quia si post contrahat de factis, & carnaliter copuletur, cogetur redire ad priorem; quia apparet sententiam divortii processisse ex errore; & ita nullum fuisse coram Deo, & matrimonium primum verum fuisse: quia impedimentum, quod putabatur perpetuum, non erat: Sed quomodo innocenti perpetuitas istius impedimenti, habetur *Extra de frigiditate, laudabilem*, debent enim per triennium commorari; & dare operam illi actui; si autem postea reclamant, debent jurare cum septima manu, id est, vir & uxor de scientia, & septem vicini proximi de fidelitate. Si vir reclamatur accusationi uxoris; creditur viro; qui caput est mulieris *ipidem* c. 1. Si vir accusat, incumbit sibi probatio modo prædicta. Sed qualiter cognoscatur differentia istius, & illius impedimenti? Respondetur, difficile est videre nisi per inspectionem corporis; si desit aliqua dispositio necessaria; & requisita in parte illa ad istum actum; vel per iudicium Medicorum, quantum ad frigiditatem, si aliqua signa manifeste offendant, ipsum esse talis complexionis. Si vero nec sic, nec sic, & tamen simpliciter impeditur, præsumendum est, quod sit maleficius.

Ad Argumenta. Ad primum concedo quod obligat se ad actum si petatur, saltem pro aliquo tempore determinato: sed infra aliquod tempus non oportet reddere illum actum, si velit intrare Religionem. Ille autem non potest obligare se ad actum pro quocunque tempore, si est perpetuum impedimentum; quia ut dictum est in principio solutioris, sola impedimenta perpetua impediunt, & habetur *in tit. isto, cap. Fratemitas in*. Ad secundum, si senex esset omnino impotens, dicebam, quod non contraheret matrimonium, licet aliqua possit consentire in eum ad cohabitandum; sicut irater & foror: & ita forte multo magis desponsat divitias, quam personas; Ad tertium patet ex dictis, quia si maleficius est temporalis, non impedit nisi temporaliter, præsumitur autem perpetuum si per triennium perseverat.

DISTIN. XXXV.

CIRCA istam trigesimalam quintam Distinctionem quarto unum.

QUÆSTIO UNICA.

Verum adulterium cum aliqua, vivente viro, impediatur matrimonium cum eodem post mortem illius viri?

Quod non. 2. Reg. David adulteratus est cum Bethsabee; & post interfecto Uria contraxit cum ea matrimonium. Præterea, *Aggellus de nap. & concu.* & ponitur in licita, potest fieri conjugium cum qua præcessit adulterium. *Contra 31. q. 1. illud vero. & cap. Relatum.*

Respondetur tria sine citimonia, quæ conjuncta, vel separata, videntur tacite difficultatem circa matrimonium contrahendum. Sunt autem crimina illa contractus cum persona conjugata, adulterium, machinatio in mortem conjugii legitimi, fidei datio ipsi aditeræ, vel contractus de tacto cum ea, vel promissio cum juramento, quia hæc tria ultima ad propositum pro eodem reputantur. De duobus primis patet, *Extra de eo qui duxit in matrimonium, quam poluit per adulterium cap. ultim.* De tertio, scilicet promissione, cum juramento an valeat, habetur *Extra de his qui se metui, vel vi fuerunt. Ad aver. De his tribus dico, quod ultimum per se non impedit matrimonium contrahendum post mortem viri, sicut habetur *Extra de eo, cap. ult.* Si quis uxore vivente, fidei data, & promiserit se aliam daturam, vel cum ipsa de factis contraxerit: si nihil aliud fuerit, non est matrimonium, quod cum ea contraxit post uxoris obitum, & dirimendum. Tertium cum primo simpliciter impedit, & dicitur *in ibidem in eodem cap.* sequitur enim ibi, *Tolerari non debet si prius, vel postea, dum vivit uxor illius, illam adulterio polluisse, & refectur prius; & post ad fidei dationem.* Hoc autem intelligendum est quantum ad ambo iuris consensu, quod æquus ille est adulterium; si enim vir tantum sit consensu, & mulier infamia, puta quia nescit eum habere aliam, tunc si vir postea contrahat cum illa, ad petitionem viri non est divorcium celebrandum; sicut habetur *in titulo eodem, cap. 1.* Sed quid si persona prius nescia postquam ex eodem cap. & hoc argumento a contrario sensu; habetur enim ibi in textu quod si mulier divorcium non petat, non sunt separandi: ex quo inquiritur quod si ipsa petat, sunt separandi. Sed hic est dubium, quia talis contractus cum muliere infamia, vel est matrimonium, vel non. Si sic, non debet dirimi ad petitionem mulieris. Si non, debet fieri divorcium ad petitionem viri; quia non possunt simul stare, cum non sint vir, & uxor. Respondetur; non est matrimonium, quia mulier consentit in eum tanquam in potentem contrahere, ipse autem ex parte sui non est talis,*

lis, qualem eum credidit: & tunc cum dicitur quod non possunt simul stare, tracto quod ille non potest eam matrimonialiter tractare, quia ex parte eius fornicatio est; sed illa potest sibi matrimonialiter copulari, quia ignorantia invincibilis excusat eam. Sed esto quod mulier intelligens impedimentum non petit divortium, non est divorcium celebrandum, secundum illud caput; igitur debent simul stare; & non in conjugio quia per te contractus non tunc contrahitur matrimonium; igitur aliqui debent simul stare fornicare secundum illam sententiam. Respondetur, si mulier scilicet impedimentum, & consentiat in matrimonio, ut cogendus est, ut consentiat in prima peccati sui, quia, sicut dicitur decepti scilicet; & ita erit matrimonium novum ex novo consensu: & ista sententia est valde iusta, ut decepti scilicet in hoc quod est dare potestatem corporis sui, qui tamen non intendit dare, vel non potest, cogatur postea veraciter implere quod prius fecit dolose. Sed dices nunquid virtute primi consensus non poterat simul stare? Sed esto quod infamia consentiat in quolibet actu conjugii; & ille scilicet quod illa vult esse uxor eius, consentit de novo in eam non exprimendo sibi impedimentum, quia forte ex hoc generaretur odium, nunquid possunt stare? Respondetur, primus consensus non iuratur matrimonialis; & ideo nullus actus potest esse licitus in virtute illius consensus; & ideo ad hoc quod sint coniuges requiritur novus consensus. Et tunc ad secundum dico, quod si impedimentum non exprimat per se infamia, ipsa in copula saltem sequente, non consentit novo consensu; sed solum redit in virtute primi consensus, qui nullus iuratur; & ideo licet persona sciens de novo consentiat, non tamen sufficit. Hoc expressit dicitur Glossa super illud caput in primo consensus, qui nullus iuratur, intelligitur peccatario, sicut probatur de servo, qui creditur liber, cum quo contrahitur, si post manumittitur, uxore ignorans; non contrahitur matrimonium: quia post manumissionem iuramentum manendo cum eo semper intelligitur approbare consensum primum, qui fuit erroneus, & non matrimonium. Aliiter posset dici quod si illa infamia iure ducta vivente prima uxore ducentis legitima, vera est sententia ista, & in illo casu loquitur Glossa: quia iure est casus textus, quod vir quidam uxorem habens sibi aliam huius rei infamiam copulavit; sed prima mortua nititur recedere a secunda, & sic accepit secundam vivente prima; & tunc quidem verum est quod nullus erat contractus, quia ipse fuit ligatus alteri, licet illa crederet eum liberum a matrimonio. Sed si sola duo, scilicet fidei datio, & adulterium cum infamia conjugata ferent & post mortem viri ejus, & etiam uxoris alterius, adulter ille duceret istam, quid iuris? Videtur ex illo capite quod simpliciter est matrimonium, etiam nunquam exprimat per se infamia defectus ille, nec ipse post expressionem defectus de novo consentiat: & ratio est, quia ex isto capite colligitur quod Ecclesia non simpliciter illegitimavit personas propter illa duo concurrentia, sed secundum quod, scilicet si persona decepta reclamet. Sed prima sententia videtur certior, quia si post fecit impedimentum, & reclamet, fiet divorcium ex illo capite: igitur prius

non

non fuit verum matrimonium verum. Tertio dico, quod siue primum concurret cum secundo, siue tertio, & impedit, & dirimit, sicut patet *Extra de conver. fidelium, Laudabilium*; immo solum secundum videtur impedire ex illo capite, & loquitur ibi de Saracenis, qui dum essent in captivitate, quarantam Christianorum viros suis infidelibus, & machinationibus occiderunt: & sententia Ecclesie, quod si post per ipsas ab fidei Christianorum accesserint, & cum eis adhererint, supple in matrimonio, non sunt tolerandi; cum tale damnum tali iure Ecclesia compensare non velit. Hic non tangitur de adulterio Saraceni cum Christiana nec de fidei datione, sed tantum de machinatione in morte legitimi viri, & adhuc consensu uxore, nec Glossa addit ibi ad casum istum fidei dationem, vel adulterium: sed ista machinatio debet intelligi cum effectus, ut simul sit effectus; & effectus, sicut Glossa super illo verbo, *Procuraverunt*. Sed quid, si non consensu uxore iste solus occidit maritum, non potest ducere iterum? Respondetur cap. 1. §. 2. si fiat sine intentione ducendi eam, puta, si in bello iusto occidit eam, non ad hoc ut ducat illam, non habetur expresse iure postea eam postea ducere; cum tamen mulier non sit conscientia, quia in casu iusti belli, dicit caput illud, quod contra tales, supple mulieres, non procuraverint viros; interim de defectu istum, matrimonium inter hominum personas, scilicet interfectorem, & uxorem interfecti licite potest contrahi, & probatur per locum a simili vel a minori: quia si vir non consentit in mortem legitimi viri, sed uxorem eum occidit, potest post ab alio huius criminis infecto duci §. 3. *quest. 2. Interfectores*. Hoc etiam confirmatur per illud *Extra de sponsalibus*, Cum apud: *Cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, quicumque non prohibetur, per consequens admittitur*. Sed esto, mulier primo ignata, post auditam interfectione viri ratum habet, nunquid impedit? Videtur quod sic, quia in maleficio, ratihabito retrahitur, & mandato comparatur. Oppositum tamen tenet Glossa capitulum *pradile*, *Laudabilem in fine*, propter illud caput nunc adductum, *Cum apud, & eodem cap. Cum apud*, potest concedi quod simplex promissio non equivaleret alicui illorum trium enumeratorum in tertio membro, nec igitur nuda sponsalia. Sic igitur patet quod istorum trium totum solum, nunquam impedit, yta quod dirimat. Primum etiam solum nunquam impedit, sicut patet per auctoritatem Augustini, adductam in arguendo. Secundum quandoque impedit, & quandoque non; sed semper quando est cum tertio, impedit. Sed nunquid semper quando est cum primo? Respondetur supra nisi, *cap. Significasti*. Tertium cum primo semper impedit, & ratio tota est ordinatio Ecclesie; quia iure est primus casus, ad hoc tractus, ubi impeditur contractus, ex flatu Ecclesie precise illegitimatis personas ad contrahendum.

Sed ratio inducens Ecclesiam ad hoc ordinandum est repressio adulterii, & homicidii, quia frequenter acciderent, si tales persone possent legitime contrahere.

Ad argumenta. Ad primum, patet, quod lex ista non fuit natura

pro tempore illo, iustus tamen fecisset si eam lapidasset. Et si dicas non, quia seipsum tunc lapidasset, quia fuit socius in crimine. Contra, quia vel non excusatur eum per hoc; vel oportet te dicere quod socius in crimine non tenetur ad eandem penam publicam inferendam, ad quam teneretur, si non esset socius. Si autem excusatur eum de non puniendo illam per hoc, quod remisit sibi illam penam legis, hoc non habemus ex Scriptura, sed quia fuit peccatum privatum, & ideo non debuit illud puniri pena publica, & hæc videtur rationabilis responsio: & tunc quod accepit eam in uxorem post illa pravia peccata adulterii; & homicidii, illud ultimum non fuit impedimentum.

D I S T. XXXVI.

CIRCA istam trigésimam sextam Distinctionem primo queritur.

Q U Æ S T I O P R I M A.

Virum servitus, impediat matrimonium?

QUOD sic; nullus potest dare alienum; sed corpus servi est dominium, secundum Philosophum *servio Politicorum* carnale; sed servus non potest proficere religionem sine voluntate domini: igitur nec matrimonium contrahere, Contra, *Extra de cons. servor cap. 1.*

Hic sunt duo videnda. Primo unde inducta sit servitus, & si iuste inducta. Secundo, ad propositum.

De primo dico, quod lege naturæ omnes nascuntur liberi, tamen servitus vel magis proprie subiectio filialis ad patrem est de lege naturæ, puta obedientia filialis pertienuis ad disciplinandum; quia secundum Philosophum *octavo Ethicorum*, *Filius habet a patre esse & disciplinam* 1. *Polit.* quod servus non potest exercere actus virtutis, pro eo quod oportet eum ad præceptum domini exercere actus serviles; ista non est inducta nisi aliqua lege positiva. Sed an iusta? Respondetur sic dicitur *dist. 15.* quomodo inceperunt primo dominia esse iusta, ita dico quod illa vili servitus non potest esse iuste inducta, nisi dupliciter. Uno modo, quia aliquis voluntarie se subiecit tali servituti, licet talis subiectio esse fatua; imò forte contra legem naturæ, quod homo libertatem suam a se abdicet, postquam tamen facta est, necesse est servare, quia hoc est iustum. Alio modo si aliquis iuste dominans communitati videns aliquos iuxta virosos, quod libertates eorum nocet eis & Reipublicæ potest iuste punire eos poena servitutis, sicut & iuste potest eos occidere in certis casibus propter bonum Reipublicæ. Si dicas quod est tertia causa servitutis, utpote si captus in bello servetur, & sic servatus a morte, fiat servus deputatus ad ser-

viti-

viendum, non apparet manifeste iustitia hæc, quia forte etiam capto poterit occidere captivum, si habuit bellum iustum defendendo se, non autem invadendo, & hoc statim pertinacia ipsius contra libertatem: tamen ex quo dicitur esse proxima; quia est in voluntate ipsius jam captus; inhumanius videtur inficere sibi penam contra legem naturæ: non enim est hæc ratio, quia in hoc casu non remaneret ille rebellis; nec abuteretur sua libertate, sed forte foret obediens & liberate sibi donata bene uteretur. Si arguatur eo ita primum membrum, scilicet quod servitus non est contra legem naturæ, quia secundum Philosophum 1. *Polit.* *Possens mente debet præstare, possens viribus debet servire*; aliquid sunt naturæ res pollebentes mente; ergo naturaliter ad dominium apti, aliquid minus pruden-tes mente, & magis robusti corpore, ergo naturaliter debent esse servi. Respondeo, hoc non est intelligendum de ista servitute extrema, de qua loquimur, sed tantum de servitute politica, quæ inferior disponitur a superiore; non tamen sicut inanimatum, sed sicut minus vigens mente, ordinatur per illum, qui magis pollet mente. Si arguatur contra secundum membrum, quod illud quod est contra legem naturæ non potest fieri iustum, nec anti-quitas temporis ratificat crimina; sed magis condemnat; omnis autem servitus alia ab illis duobus casibus, est iniusta, & contra legem naturæ; igitur per nullam longinquitatem temporis videtur iustum quod dominus dominetur talibus servis. Respondeo tactum est *dist. 15.* quomodo per præscriptionem potest jus acquiri, si concurrant conditiones illæ, quæ iura determinant; scilicet quod iusto titulo acquirit, & sit bonæ fidei possessor, & quod possederit sine interruptione temporis a lege determinati; sed istud extendit se ad possessiones, non autem ad servitutem; quia non est eadem ratio in possidendo aurum, & servum quantum ad legem naturæ; & ideo esset difficile servare per præscriptionem iustitiam esse detinere tales servos, nisi præsumatur quod altero duorum modorum interit iacti servituti principio. Si obicitur, quare igitur Apostolus præcipit tales servos obedire dominis suis? Respondetur, & tamen obligationes sunt iniuste ex parte illorum, quibus sunt, & tamen postquam factæ fuerint, servandæ sunt. Unde Apostolus ostendens servitutem secundum se non esse laudabilem, nec multo magis detentionem alicuius in servitute, ait, *Si servus vocatus est, non sit tibi cura, sed si potes liber fieri, magis utere.*

De secundo dicunt aliqui, (a) quod servus potest contrahere matrimonium invito domino, & hoc ex isto articulo primo, quia matrimonium est de lege naturæ, servitus autem non est de lege naturæ, sed magis contra, quod autem est de lege naturæ non tollitur per aliud quod est tantum de lege positiva. Alia ratio ponitur, quia servus non est ita filii domini, quoniam sit iuris quantum ad actus naturales pertinentes ad conservationem individui. Patet, quia potest uti necessarius ad vitam; ergo a simili quantum ad actus pertinentes ad conservatio-

Q 3

a. S. T. b. presentis dist. qu. 1. De Tho. ubi supra. R. presentis dist. ar. 2. q. 1.

nem speciei. Consequentia probatur, quia conservatio speciei cum servitio bonum naturale, quam conservatio individui, magis est de lege naturæ. Rationes ista possent scilicet. Prima qui a obligatio, quæ non est de lege naturæ, bene potest impedire aliquum libertatem, quæ competit alicui ex lege naturæ. Exemplum, nam ex lege naturæ nihil tibi debet, tamen si vovero tibi obedientiam, teneor tibi obedire; matrimonium etiam non est de lege naturæ, nisi secundario, ut dictum est supra, (b) & æque videtur ex lege naturæ reddere unicuique quod suum est, immo primario: igitur ex quo per obligationem servus fecit se donum, teneor ei reddere suum, & abstinerere ab illo quod impedit talem redditionem, licet illud aliud impediens competeret sibi non obligato secundario secundum legem naturæ. Secunda ratio non concludit, quia certum est quod non omnes, qui tenentur conservare individuum, tenentur multiplicare speciem. Si dicas, quod ista tem ita licet tibi, quod illud licere non potest tibi tolli per hominem; verum est in casu necessitatis, in quo conservatio speciei dependeret ab actu ejus, sed quia multi non servi intendere generationem etiam in lege Christiana, ideo non est necessarius ad conservationem speciei actus istius pertinet ad hoc, & ideo per aliquam obligationem potest hec tibi præcludi. Et confirmatur, quia ante matrimonium teneor domino ad certos actus, puta ad B. C., si contrahat matrimonium, obligatio illa erit ad aliquid impossibile ipsi B. vel C.; igitur illa obligatio sequens non potest jure fieri, quia in illa tollitur aliquid, quod non potest reddi pro istam obligationem factam.

Dico ergo quantum ad istum articulum, etiam servus de voluntate domini potest contrahere matrimonium: & si omni matrimonio sit in aliquo repugnans servitio consuetis, dominus concedens sibi contrahe, relaxat sibi implicite illa servitia consuetis; & si dominus postea revocaret istam concessionem, utpote ipsius totaliter impediendo a copula carnali, vel nitendo eum in partes longinquas, vel detinendo eum in laboribus, ita quod non possit aliquando visitare uxorem, peccaret mortaliter, & in manifestis est per Ecclesiam corrigendus: Potest etiam contrahere den suo invito, pro quanto habet aliquod jus in corpore suo, non enim privavit se quantum libertate ad quoscunque actus, & pro quanto corpus ejus est suum, potest commutare cum alio: quia si alius, sive servus, sive liber, velit esse contentus illa modica potestate, sive ad modicum vitam, quem scit eum posse dare, bene potest sibi ipsi præjudicare, & tenet commutatio. Ex hoc sequitur quod servus potest contrahere cum libera, dum tamen ista fiat conditionem ejus & consentium in eam non obstante tali conditione: quia tunc non mutat potestatem sui corporis pro illo modico; quod habet servus potestatis in suo corpore; & potest contrahere cum ancilla, & tunc videtur ut quæ ex necesse id quod potest, & sicut contrahant, ita tenentur posse secundum justitiam red-

a. Diss. 26. §. 33. & 7.

b. Librum carissimum.

reddere debitum, pro quanto scilicet illi actus non impediunt a servitio contentus. Sed esto, in casu isto contrahunt sine voluntate domini, & unus dominus mittit servum in Africam, & alius dominus mittit ancillam in Franciam, nunquid licet hoc facere? Respondet, cum causa matrimonii sit inavocabilis, inducendi essent domini ne hoc facerent; sed si facerent, non apparet qualiter supposita servitute facerent contra justitiam, quia ille prius ius in potestate domini, nec se a jure dominorum suorum magis eximit quam prius; igitur adhuc licet. Sed si ancilla credit contrahere cum libero, qui tamen est servus, nunquid contrahitur? Possit dici, quod error conditionis prioris impedit contraham, quia impedit commutatum recipere tantum pro quanto intendit commutare, sed ignorantiam melioris conditionis, vel æqualis, non impedit propter contrariam rationem.

Ad argumenta. Ad primum patet secundum istam viam ultimam; quod servus non est domini secundum omnia, sed secundum aliqua est sui juris, ut ad concedendum, libendum, dandiendum, & breviter ad quoscunque actus extendendum, propter quos non subrahatur domino debita servitio; igitur cum pro tunc possit uti actu carnali potest ad illum se obligare quantum sui juris est. Quod Philosophus dicit de servitute illa maledicta, quæ servus est sicut pecus, potest intelligi, quod est domini sui sicut possessio, vel pecunia, non tamen quod in actibus suis duatur tantum, & non ducatur: quia quantumcumque sit servus, etiam cum in prima induitur arbitrii: ex quo patet magnam crudelitatem fuisse in prima induendo servum servituti; quia hominem arbitrio liberam & dominum suorum actuum ad virtuosæ agendum, facit quasi brutum, & libero arbitrio non uteremur, nec potentem agere virtuosæ. Ad secundum, non est simile, quia proficiens in Religione totaliter se submittit obedientiæ Prælati illius Religionis; & in hoc ex toto subrahit se a consuetis servitiis domini sui; non se contrahens matrimonium, sed solum in aliquibus actibus, qui possunt stare cum hoc, quod reddat servitii consueti.

QUÆSTIO SECUNDA.

Verum ætas puerilis possit impedire matrimonium?

Quod non quia aliquis potest accipere potestatem antequam possit in usum: igitur in contractu matrimonii ubi est datus usus, & acceptio potestatis, potest aliquis antequam possit in usum, & ita puer. Confirmatur, quia ætas puerilis non impedit susceptionem Ordinis, de hoc supra dictum est *diss. 25.* & tamen ibi recipit potestatem exequendi actum Ordinis, quem pro tunc non potest exequi.

Contra, Extra de frigi. & male. Quod sedem. *Puer qui non potest reddere debitum, non est aptus conjugio.*

Respondendo, sicut dictum est supra dist. 24. impotentia simpliciter prohibet contrahere: quia datio potestatis conjugii est in isto contractu: & qui non habet potestatem, nihil dat. Ratio ista concludit de pueris pro tempore, pro quo sunt pueri; sed quia illa impotentia non est perpetua, sed expectatur futura potentia: ille potest nunc promittere potentiam pro tempore futuro, pro quo habebit: & hoc fit in sponsalibus, quia puer potest contrahere sponsalia, & hoc matrimonium. Ratio autem que ponitur ibi de defectu intentionis, siue addeatur hoc ad contractum, siue ad matrimonium, nihil est ad B, quia iste potest habere discretionem sufficientem ad intentionem debitam, quam habet potentiam, que debet commutari in isto contractu.

Si quaeras tempus pueritiae, regulariter ponitur in masculino tempus quatuordecim annorum, sexuina duodecim; sed tamen aliquando multia supplet aetatem, & complexio praevincit tempus regulare; & tunc ex quo habet potestatem istam, & discretionem suam sufficientem ad dandum consensum, potest contrahere, quia habet quod det, & consensum sufficientem, & signa. Ad argumenta, concedo quod aliquis potest suscipere potestatem antequam possit uti illa. Sed non potest dare potestatem antequam habeat illam. In isto autem contractu est datio potestatis.

DISTINCTIO XXXVII.

CIRCA istam trigesimalam septimam Distinctionem quaeritur.

QUAESTIO UNICA.

Utrum Sacramentum Ordinis impediatur matrimonium?

Quod non. 1. Timothy. 3. *Valis uxoris vir*, dicitur de Episcopo. Item dist. 21. *Aiter*, Sacerdotes Graecorum copulantur matrimonio, & tamen habent eundem Ordinem sacrum, quem habent Latini. Praeterea, non magis opponitur Ordo, & matrimonium, quam e converso: sed conjugatus potest recipere Ordinem sacrum, & e converso. Minor apparet, si conjugatus in minoribus Ordinibus recipiat postea Ordines sacros, vere recipit, si sit intentio conferendi & suscipiendi.

Contra, dist. 32. *Placuit Episcopi, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos secutum priore instituta abstinere ab uxoriis*, id est non contrahere, ut dicit ibi Gl. ff. Item, dist. 37. *Presbyteris*. Item, dist. 28. *Nullum facere Diaconum Episcopi praesumant, nisi qui se castum promiserit.*

Hic est conclusio certa. Dicitur enim quod non licet contrahere: quia persona suscipiens factum Ordinem efficiatur illegitima simpliciter.

placiter ad contrahendum matrimonium: & hoc vel per Ecclesiam, vel immediate a Christo, licet hoc non legatur in Scriptura. Sed sciendum non videtur probabile, quia in primitiva Ecclesia non tenebatur, nisi forte dicas quod nunquam licuit ipsi susceptione sacri Ordinis contrahere matrimonium, licet liceret aliquando uti matrimonio iam contracto, sicut in neap. Graecos. Sed quae ratio huius illegitimitatis? Videtur aliquibus quod propter votum annexum sacro Ordini: qualiter autem illud votum illegitimus, dicitur dist. sequen. Sed contra, aut votum illud est sic annexum quod suscipiens vovet: aut est tantum ex precepto Ecclesiae, quod annexum, quia tenetur illa servare ac si voveret. Primo modo non, quia nullus vovens vovet nolitum; sed iste suscipiens Ordinem sacrum exlicite habet in voluntate non continere: igitur possibile est, quod ipse non vovet continentiam.

Si dicas, quod vovet in facto, quod facit in suscipiendo Ordinem sacrum, quia antiqui Patres Latini voverunt, & iste suscipit simile factum. Contra, nullus tenetur ex voto ad votum factum ab alio, maxime si habet votum contrarium.

Praeterea, Orientales suscipiunt idem signum, & tamen sine voluntate castitatis. Si secundo modo, igitur contrahens simpliciter contrahit. Probatur Extra de matrim. contract. contra interd. Ecclesiae cap. ex licitis. *Licet contra interdictionem Ecclesiae transire ad secunda vota non debuissent, non est tamen conveniens, ut hoc Sacramentum conjugii dissolvatur; aliqua tamen poenitentia debet eis imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiae hoc fecerunt.* Legitur si votum continentiae est annexum Ordini sacro solum ex precepto Ecclesiae, sequitur quod non simpliciter illegitimat ad contrahendum: universaliter enim in iure statutum prohibens hoc fieri non illegitimat: sed oportet quod continet talem sententiam, quod si contractum fuerit, dirimatur, vel si copulati fuerint, non sunt aliquiliter tolerandi.

Dico igitur, quod nec propter votum continentiae proprie dictum annexum Ordini sacro. Nec annexum ex precepto Ecclesiae poenitentiae tali non contrahere, est, quod iste non potest contrahere: sed ex hoc quod Ecclesia facit talem personam simpliciter illegitimam. Quod statutum fuit rationale, siue habitum fuerit a Christo, siue non; quia talis deputatur ministris sacro, quod requirit munditiam mentis & carnis, perspicacitatem intellectus, & serotum affectus, ad quae omnia disponit continentia, & ad eorum opposita irrequieta carnalis actus. Nec in hoc debet aliquis dicere Ecclesiam sibi praesudicare in suo iure: quia Ecclesia communitur non cogit aliquem ad susceptionem Ordinis sacri: & satis publicavit, quia post talem Ordinem susceperum suscipiens est inhabilis ad contrahendum: igitur voluntate incurrit talem inhabilitatem.

Ad argumenta. Ad primum illud Apostoli *Vnus uxoris vir*, intelligitur, id est, non plurius, nec tantum de presenti sed de perpetuo, id est, quod non habuit plures, quia tunc esset bigamus, &

irregularis. Si tamen dicat quod etiam tunc licet habere unam: verum est secundum consuetudinem Ecclesie primitiva utendo matrimonio pluri contracto: sed non licuit tunc contrahere, si nullam prius habuerat: & per hoc patet ad auctoritatem sequentem: eam enim dicit textus, *matrimonio copulatur*, exponit Glossa, id est, *copulatur unam*. Ad aliud nego inutilitatem: quia susceptio facit Ordinis non requirit nisi sextum debitum, & in illis debentur, & intentionem debitam in suscipiente, & ministrante, & ideo contrahitur conjugato, licet suscipiens peccet: sed matrimonio requiritur habitatio in personis ad contrahendum: & sic per Ordinem sacrum susceptum est omnino inhabilis ad illud matrimonium contrahendum. Unde et converso non est impedimentum matrimonio ad Ordinem, quale est Ordinis ad matrimonium.

DISTIN. XXXVIII.

Circa trigesima octavam hanc Distinctionem, unicam facio quaestionem.

QUESTIO UNICA.

Votum votum continentie impedit matrimonium?

Quod non, *Extra qui clerici vel videntes possunt contrahere matrimonium*. Præterea, non minus obligat apud Deum votum simplex, quam solenne: sed simplex non impedit matrimonium *ibidem. c. Meminimus. §. c. 2.*

Sed dicit hoc ideo esse, quia votum simplex probari non potest, solenne potest. Contra, si votum non solenne fieret coram multis posset tunc probari: & tamen tunc non impediret contrahere: igitur illa non est causa. Contra, *ibidem, Infirmante*, dicitur de quadam nobili, quæ licet votum continentie, & servavit per biennium, postea contraxit & coacta fuit redire ad statum pristinum; igitur dirimit iam contraham.

Dico, quod votum continentie potest esse publicum, vel privatum, simplex, vel solenne: nec iste dux distinctiones sunt eadem, quia tam publicum, quam privatum potest esse simplex, vel solenne. Votum enim non solemnizatur, nisi aliquo istorum modorum, qui ponuntur *Extra de voi. §. opt. red.* & est hodie in 6. lib. *Extra* etiam *co. tit. c. Rursus* tanguntur in Glossa tres modi, ubi habetur sic: *Votum solenne est, quod fit intercurrente aliquo istarum solemnissimum videlicet per susceptionem sacri Ordinis. 28. distincti. Diaconi. Item per susceptionem sacre vestis, quæ tantum proficiendum dari debet presbiteribus testibus, per quos probari possit, si hoc negaret, Extra de regularibus, Statutus Tertio modo cum per professionem devotus se alicui religioni, Abati, vel Abbatissa, Extra de regularibus, Statutus, presentibus testibus per quos probari possit, si hoc negaret, & ne hoc negari possit, sicut inde publica scri-*

scriptura 27. quaestio 1. Omnes sciantur, in qua Scriptura proficitur velle religiose vivere, alias autem votum continentie factum quovis coram multis, dicitur simplex, quasi non vestium, vel institutum aliqua solemnitate. Hæc in Glossa. Illi tres modi qui hic ponuntur, & illi qui ponuntur in alio cap. in 6. lib. non sunt liciti nisi duo, scilicet per intercessionem sacri Ordinis & per votum religionis verum, vel præsumptum. Præsumptum quidem est, quando recipit habitum profectionum, ubi est distinctio inter habitum professionum, & novitium. Et etiam quando ultra annum moratur in monasterio absque professione de non proficendo: dicitur ergo solenne, non quia publicum, sed quia in se habet aliquid annexum, ut in publicum debeat venire, & per quod votum ponitur sub alterius hominis potestate: & sic est præcise in susceptione sacri Ordinis, per quem suscipiens constituitur minister Ecclesie, & aliter quam prius sub Episcopi potestate: quia Episcopus potest eum cogere ad statum clericalem servandum, & ad vivendum ea quæ repugnant statui clericali. Unde si prædictum Ordinem suscipere in secreto, adhuc est solenne propter rationem jam dictam: sicut etiam professio Religionis facta in manu eius, qui potest recipere, habet in se aliquid annexum, unde debet in publicum venire, quia oportet talem, vitam secularium dimittere, & cum aliis in claustris suis & diuis conversari, & ideo est solenne, etiam si fieret in occulto. Ex dicta distinctione voti, respondeo ad quaestionem, quod quicquid dicant opinionarii, quas recitat Glossa *Extra qui clerici, Rursus*, hæc tamen opinio est communis, Quod votum simplex non impedit simpliciter, licet habetur ibi in textu, licet enim impedit matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractum, & solum hoc dicitur simpliciter impedire. Votum autem solenne simpliciter impedit, sicut habetur *ibidem c. Infirmante*. Ratio differentie duplex assignatur. Una quia solenne probari potest, non autem simplex, sed hoc nihil est, quia ut dicitur est, simplex, et si sit publicum, & probetur, non tamen dirimit. Alia ratio est, quia per votum solenne dicitur aliquis illi, cui votet, ius sui ad actum sequentem illud votum: & per consequens votum solemniter continentiam, dat illi, in cuius manu votet, ius sui ad faciendum illud observari: igitur non potest dare ius sui ad actum oppositum, quia iam non habet illud. Hæc ratio probabilis est. Initare tamen, quia votum privato dato corpus suum Deo, quantum ad actum voti, non enim potest dare corpus suum quovis modo ad actum contrarium: nam quomodo daretur, transferretur aliquis a se quod immediate dat Deo, quam quod daretur mediante homine vicario. Si dicitur quod Deus nolit potestatem corporis immediate sibi dari, sed quod datur sequens ad conjugium simpliciter nulla esset: sed sic voluit de datione facta sibi mediante homine. Sed unde hoc? Scriptura non videtur continere istam voluntatem Dei. Alia ratio est, quod votum solemniter, mittit in possessionem illum, cui votet solemniter: votum autem private, non, sed quasi promittit. Sed hæc valet minus quam secunda, quia omnia

ininfeca voto, ut respicit actum voluntatis, per quem obligat se vivendo, & transfert dominium suum in alterum (quia per solam voluntatem est dominus & transfert dominum) omnia, in quibus ista sunt aequalia hinc inde: igitur non magis datio hinc quam ibi nec promissio ibi quam hinc.

Si ponatur quarta ratio quod transgressio voti solemnis est scandalosa, & ideo ad eius observantiam tenetur non tantum Deo, & sibi sed etiam toti Ecclesie: transgressio voti privati non est sic scandalosa. Hoc nihil arguit, nisi gravius peccatum hic quam ibi: sed de hoc non queritur: non enim semper peccatum gravius tollit potestatem ad contrahendum. Confulitur si de peccato ageretur, videretur illicitum contrahere post votum privatum, quia simpliciter peccat mortaliter in contrahendo cum intentione consentiendi & consummationis mandati carnalem: & ideo non potest licite contrahere, nisi cum intentione non consentiendi, & per consequens intrandi Religionem: quando etiam consummatur videtur peccare mortaliter, quia contra votum suum, licet secundum aliquos post primum actum non peccat mortaliter in reddendo, quia ad illud iam est obligatus iure solentiori: peccat tamen mortaliter petendo, quia nihil habet iuris in hoc, cum renunciet tali iuri in voto. Hac etiam ratio de scandalum non cogit, quia votum publicum, etiam non solemne, inducit scandalum, si votens transgrediar finaliter. Ratio igitur ad hoc poni potest hæc, scilicet quod Ecclesia illegitimavit sic votentem, & hoc iur rationabile, quia ipse posuit se in potestate Ecclesie, quantum ad oppositum eius, ad quod est contractus matrimonii; votentem autem private non illegitimavit, quia non sic se posuit in ejus potestate: sed quia se posuit in manu Dei ad oppositum servandum, & consultius animæ suæ apud Deum, ne transgrediar: nam Ecclesia reliquit eum iudicio divino. Esti quærat quare non illegitimavit eum, cum peccat mortaliter contrahendo, nisi cum proposito non consummationis? Respondetur, non omnia mala puniit Ecclesia: nec sic ea prohibet, ut propterea poenas Ecclesiasticas injungat: & forte majus malum sequeretur ex illegitimatione votentium voto simplici, quam ex non illegitimatione: quia ibi sequeretur frequentior culpa in actu carnali, si nollent continere, sicut valde probabilis est de multis: nec haberent suas, quibus contenti essent, etiam non petendo, tamen reddendo licite uterentur. Ad argumenta patet, quia obligatio apud Deum est licite peccatum, non tamen facit hunc illegitimum ad contrahendum.

DISTINCTIO XXXIX.

CIRCA trigésimam notam hanc Distinctionem unum tantum quaero.

QUÆSTIO UNICA.

Verum dispar cultus impediatur matrimonium?

Quod non Gen. 41. Ioseph accepit Asoneth filiam Putipharis, cum tamen ipse esset fidelis, & ipsa infidelis, Præterea, Exod. 2. Moyses accepit siliam Iethro infidelis, quod probatur ex hoc, quia cum vellent redire in Ægyptum, Moyses circumcidit filium suum, unde ipsa ait: *Sponsus junguntis tu mihi es.* Præterea, Esder 2. habetur, quomodo Elth r nupit Alsuero, qui non fuit Judæus, sed Gentilis, Præterea, 1. Reg. 1. Salomon accepit filiam Pharaonis, Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, Sydoias, & Hethæas, Præterea 1. ad Corinth. 7. Si quis frater habet uxorem infidelam. & hæc consentit habitare cum eo, non dimittat eam: igitur dispar cultus non dicitur matrimonium jam contractum, nec per se repugnat matrimonio: quia tunc consilium Apostoli, quod frater slet cum infidelis esset consilium de fornicatione. Contra. Esdra 9. & 10. ubi separatio fedit conjugium alienigenarum. Præterea, 2. ad Corinth. 6. Nolite inquam ducere cum infidelibus, quæ enim pariter participaverit ad reprobos, aut quæ parvi fidelis cum infidei? Præterea, 22. qu. 1. sic enim non nisi eusdem religionis, & fidei manent copulata conjugia: Est ibid. cap. Cave, Non nisi baptizata sumatur in conjugium: quia baptizatus est primum Sacramentum.

Hic sunt duo videnda. Primum, quomodo infideles possunt contrahere, vel habere conjugium. Secundum, quomodo fidelis cum infidelis. De primo, dicitur quod non, quia ibi non potest esse bonum fidei ex parte ejus, quia non est fidelis: Deo: igitur nec proximo. Secundum, quia ex parte ejus non est bonum prolis, quia quantum in ipso est, educat prolem in ritu suo, & non non religiose. Tertio, quia ibi non est bonum Sacramenti, quia infidelis est quo non habet primum Sacramentum, non est capax aliorum, ut probatur Extra de presbytero non baptizato, ca. 1. Hæc non movent. Primum non, quia fides, id est, fidelitas servari potest sine fide, quæ creditur in Deum, & hæc servant infideles in contractibus, & e converso, & habetur per Augustinum in epistola ad Publicolanum. Non enim sequitur, non vult servare fidem istam ad Deum, a qua dicitur Christiani fideles; ergo non vult servare fidem, id est, fidelitatem proximo. Tum, quia non sequitur, non vult servare perfectiorem, igitur nec minus perfectum. Tum, etiam quia non potest arripere per rationem naturalem ad observantiam hujus fidei, sicut illius.

Secunda ratio non movet, quia vult educare prolem, quantum potest per rationem naturalem noscere ipsam esse educandam; igitur non potest plus habere, nisi quod non est ibi perfectum bonum prolis, scilicet quod educatur ad cultum Dei: nec mittit, quia educatur non novit ipsam sic esse educandam.

Tertia etiam ratio non movet, quia omnibus contractibus matrimonii præcedentibus legem Evangelicam non fuit annexum Sacramentum.

mentum proprie dictum: nec fuisse annexum contractui in statu innocentie, si semper in illo mansisset, sicut dictum est supra *dissert. 26.* nec tam in tunc defecisset aliquid de perfectione pertinente ad contractum matrimonium.

Sed duo alia sunt, quae faciunt difficultatem. (a) Unum quomodo infidelis possit dare corpus suum alteri cum non faciat hoc iunctis approbationi legis divinae, quia illam ignorat, & sine illa non potest simpliciter dare, vel saltem non potest licite dare nisi in virtute approbationis domini superioris. Secundum est quia cum matrimonio essentialiter includat indissolubilitatem quomodo indolis contractus matrimonium, cum illud indissolubile, si postea alter conjugum converteratur ad fidem sine altero potest enim tunc difcedere, & istam rationem ponit Magister in littera dicens, matrimonium illud non esse ratum, licet legitimum. Sed ad primum istorum potest dici, quod Deus post lapsum generaliter licentiauit omnes ad talem commutationem, non tantum propter primum finem, scilicet propter officium, sed etiam propter secundum, scilicet in remedium; & tunc venientes commutatio rationis, licet nesciant se licentiarum, quia ignorant legem Dei, non tamen peccant licet in illis licentibus, licet quis nesciat se licentiarum; dum tamen non sciat illud, quod agit, esse illicitum, non peccat. Probabile enim est, quod a principio ex virtute illius licentiae divinae, vel precepti, inolevit usus contrahendi matrimonium, etiam apud infideles; quia a Patribus suis secundum quandam consuetudinem derivatum hoc acceperunt: & licet primi infideles nollent sequi Patres in fide, quae est ad Deum, tamen in isto imitati sunt eos: nec mirum, quia hoc est de lege naturae secundum, ut dictum est supra, & ideo valde consensum mentibus singularium: esse etiam, quod nullo modo licite transiissent; etiam illis tamen, ex quo dominus superior omnibus concessit transire, non tantum fidelibus, sed etiam infidelibus: igitur ex parte domini superioris erat forte transiitio illa licita; & ad minus aliqua, & ex parte contrahentium, firma, & iusta; licet non completa, tamen non iniusta, si servabant conditiones, quae servandas dictabat ratio naturalis.

Ad secundum, rata erant, nisi superveniret aliquid fortius vinculum, cum quo non posset stare istud, cuiusmodi est obligatio nova ad Deum per fidei susceptionem, quando alter conjugis nollit commotari absque impedimento illius fidei, ad quam magis tenetur quam ad vinculum conjugale: est igitur ratum statutum eisdem conditionibus extremorum, sed non ratum pro tunc, pro quod fortius vinculum superveniret, cui obesse vania illius vinculi repugnet.

De secundo articulo, aliud est esse iuter aliquos matrimonium, vel contracti simpliciter, & absolute. Et aliud licite, & honeste.

Posse autem esse matrimonium inter fidelem, & infidelem primo modo, necesse est dicere, & etiam secundo. Probatur utrumque per

Illud

Illud Apostoli, *Vir fidelis non dimittat uxorem infidelem, quae consentit habitare cum eo.* si enim non esset matrimonium, suaderet fornicationem; si autem non esset hoc licitum, & honestum, Apostolus non confunderet. Sic igitur patet qualiter potest esse matrimonium inter fidelem, & infidelem; & rationes adductae ad primum articulum possent adduci contra istud; sed patet, prius eorum solutio. Nunquid igitur potest contrahi?

Respondetur, quod sic, quantum est ex iure divino: quia est illo non magis habetur quod contractus sit nullus, quam quod obligatio ex contractu priori sit nulla; quia non posito novo impedimento, qui potest esse alterus, potest se dare alteri. Sed de iure positivo Ecclesiae simpliciter non potest, quia Ecclesiae illegitimus est fidelem non simpliciter, sed respectu infidelis, sicut patet in auctoritate adducta ad oppositum. *287. quest. 1.* Hoc autem Ecclesia rationabiliter ordinavit, quia hoc non potest congrue, & honeste fieri, & ad hoc valent aliquae rationes adductae ad primum articulum. Non enim est honestum fidelem contrahere ad cultum veri Dei. Nec honestum est fidelem contrahere, cui contractus non fit annexum Sacramentum fidei Christianae: & etiam ubi non fit bonum Sacramentum, id est indissolubilitas, quia conjugium Christianorum ratum est habere haec bona. Si quaeris, quare Apostolus suadet matrimonium inter infideles contractum esse servandum post conversionem alterius: si enim propter aliquam bonum finem habere servatur, igitur propter eundem possit honeste contrahi.

Respondetur, causa Apostoli patet tibi, *Sabothiz*, inquit, *vir infidelis per mulierem fidelem;* igitur servare matrimonium prius contractum est occasio convertendi conjugem infidelem: cessante autem evidentur causa illa, non debent inimul commanere, ut patet, si non consentit habitare cum converso; vel non sine iniuria creatoris, bla phemando scilicet, vel sollicitando conversum ad infidelitatem: vitanda est enim tam singularis familiaritas cum quocumque contraria secta, nisi propter majus bonum. Ad propositum autem contrahere de novo cum infideli, non est occasio probabilis ad expectandum tantum bonum, scilicet conversionem ejus; quia multum amans conjugium, multa, & magna faceret, ut illud arriegeret; quae non esset facturus ipso adepto; & ideo si iste non vult converti in primo, ut possit habere conjugium cum Christiana, non est probabile, quod illa postea liceret eum, sed magis converso; quia ille videtur adducere istum, & ideo cessat ratio tantae familiaritatis ad infidelem, & manet ratio fugiendi illam familiaritatem; & ideo idem Apostolus, qui consilium manere conversum cum non conversa, dissuadet contrahere fidelem cum infideli; sicut arguitur est ad oppositum.

Ad Argumenta. Ad primas duas auctoritates, dico quod non sunt tunc illa lex positiva illegitimus fidelem respectu infidelis. Si arguas, saltem illa rationabilis tunc fuit, quae nunc est ratio illegitima.

Reb

- Respondeo, in illis casibus, de quibus nunc arguitur, forte erat probabile, quod fideles lucrarentur inde, vel erat necessitas fugiendi magis inconveniens cum certa confidentia de adiutorio divino, quod fideles non subverteretur per indelebile, & ita liceret, hodie, nisi esset illegitimitas Ecclesie superaddita. Unde non oportet ordinationem Ecclesie fundari super naturalium rationem necessariam, sed sufficit quod super probabile. Ad Aliud non mihi prohibuit tempore legis Mosae conjugium cum alienigena, nisi cum illis Chananaeis, illos enim voluit Deus ex toto exstirpare, ideo Hester non illiciter nupsit Assucto. Ad illud de Saron, concedo, quod ipse sicut pessimus & ingratus filius homo Deo suo, non solum in hoc peccavit, quia alienigenas duxit contra legem, etiam de generibus specialiter prohibitis, sed etiam in multitudine mulierum: quiquidem habuit secundum unam translationem 700. uxores, quas reginas, & 300. concubinas, cum tamen diceret lex specialiter de lege, D. ut non concubinas. *Non habebis uxores plurimas, quae alienigenae non minus ejus, quod forte specialiter dixit Moyses propter malitiam istius pravifantem, si non competere, talem conueneret, ne alii etiam eum imitarentur, & quod pejus est copulari eis est amice ardentissimo intantum, ut fieret eis idola, & templa ad colendum Deos suos.* Unde non sine causa subiunxit Moyses, ut supra, *quae alienigenae animam ejus, & haec omnia aggravat singulari ingratitude sapientie eminentis, sibi subito a Deo concessis, ita quod illa auctoritas non requirit responsum, sed solum desertionem.*

Ad ultimum, patet ex secundo articulo qualiter licet servare matrimonium contra tum cum infideli: nec tamen contrahere, quia non est eadem ratio utrobique.

DISTIN. XL.

CIRCA istam quadagesimam Distinctionem quarto u-num.

QUESTIO UNICA.

Utrum cognatio carnalis impediatur matrimonium?

Quod non, quia matrimonium videtur strictissime servatum, & servandum iuxta in lege naturae: sed Cain contraxit cum sorore sua, & contraxisset etiam in statu innocentiae, quia cum aliqua contraxisset ex precepto illo, *Crescite* &c. non autem cum matre ex illo verbo, *Relinquet homo patrem, & matrem, ne scilicet jungatur eis matrimonialiter, & nulla fuisset ista, nisi foror, quia filia Adae; ergo. Præterea, amicitia firmat dominum, igitur confere ad conjugium: sed consanguinei specialiter amore afficiuntur ad se, quam ad alios. Item, non est contra aliquod bonum matrimonii: patet discutendo; ergo &c. Oppositum *Leuitic. 18.* excluduntur mulie-*

per-

personae propter consanguinitatem. Item Magister in litera, & Extra de consanguinitate. *Non debet.*

Hic promittenda sunt quaedam descriptiones quorundam nominum, & quaedam regulae. Et secundo est solvenda questio. De prima sit hæc prima descriptio. Consanguinitas est vinculum personarum ab eadem persona carnali propagatione descenditum. Secunda, persona a qua plures carnali propagatione descendunt, sibi vocatur. Tertia, linea consanguinitatis est ordo personarum consanguinitate junctarum. Quarta, hæc linea dividitur in ascendentem, descendentem, & transversalem. Linea descendens est a persona propagante ad propagatæ ascendentem a propagato ad illas a quibus descendit. Transversalis est, quando ambae personae descendunt ab eadem, sed neutra ab altera. Quintus gradus est determinata propinquitatis persona ad personam secundum consanguinitatem: gradus enim proprie inveniuntur in linea ascendente & descendente, improprie autem in linea transversali. Prima regula est hæc. In linea recta tot sunt gradus, quot sunt personae una minus. Hoc probatur, quia tot gradus, quot propagationes, cum gradus sit habitudo, vel propinquitatis inter personam, & personam: sunt autem personae una plures, quam propagationes: quia præsupponitur toti collectioni aliqua ibi non propagata. Secunda regula in transversali computatur gradus secundum magis remotam a sibi, Extra de consang. *Ubi qui a sibi secundum regulam approbatur quanto gradu remotior distat a sibi, & a quolibet per eam lineam descendente.* Et ratio hujus est, quia personae quae sunt in linea transversali non habent inter se propinquitatem, nisi ratione spiritis: & ideo non possunt inter se propinquitati coniungi, quam remotior eorum coniungatur spiritui. Ad propositum etiam est ista regula, quod efficiatur gradus est in linea descendente, quam in transversali: & ratio naturalis est quia plus coniungitur proles parenti, quam proles proli: & ideo magis est contra legem natura coniungi in primo gradu in linea recta, quam in transversali: semper enim fuit contra matrimonium ista coniunctio, & magis filii ad matrem, quam patris ad filium: quia major irreverentia est, vnde 8. *de animal.* dicit Aristot. de equo, qui velatus cognovet matrem suam, quod postea discoponit oculis, videns hoc, se precipitavit. Et alibi legitur de Elephantis, qui ingenuitatis, ut matrem suam cognosceret, post hoc, ingenuitatem occidit; ex quo patet, quod hoc est contra legem naturæ, etiam ut competit brutis per propagationem: & ideo primus gradus descendens, & pessime matris ad filium, maxime impedit matrimonium.

De secundo dicit, quod in omni lege aliqua propinquitatis impeditur. In lege natura illa sola, ut dictum est in primo gradu in linea descendente est illa verba Adæ, *Relinquet homo patrem & matrem*, quantum ad copulam conjugalem; & non intelligitur tantum de patre proximo, sed de quocunque in linea recta: ita quod si Adam hodie viveret non posset ducere aliquam uxorem. Fortè etiam post multiplicationem humani generis, si restitisset in innocentia, fuisset prohibi-

tio

tio in quibusdam gradibus ultra primum, sed in principio non potuit fieri, quia non erant alia feminae, quam sorores. In lege Moſaica erat prohibitio, quantum ad quosdam gradus ultiores, ut patet *Levit. 18.* In lege autem Evangelica tunc prohibitio ufque ad ſeptimum gradum: patet per Magiſtrum in littera: ſed ſub Innocentio tertio reſcripta eſt uſque ad quartum gradum inclusive. *Extra de conſanguinitate gradum de cetero non excedat.* & aſſignat rationem, quoniam in ulteriores gradibus jam non poſſet abſque gravi diſpendio obſervari, & poſt approbat. & ratificat pro futuro: cum ergo inquires tam uſque ad quartum gradum prohibitio conſanguineae copulae ſi reſcripta: ſcilicet per nos hic in conſilio: & iura, ita cum volumus eſſe perpetua, non ubi ſtantibus conſtituta; ſuper hoc. *duſum editi, vel ab aliis, vel a nobis,* & in eodem capite revocat omnes prohibiciones de conſugio contrahendo in tertio, & in quarto genere aſſinitatis, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptiis cognationi viri primi non copulanda; quae prohibiciones multas aſſinitates inducebant (& ut dicit) aliquando periculum animarum. Sed unde eſt, quod propinquitas talis, vel talis ſimpliciter impedit? Reſpondeo, in lege Evangelica non invenitur a Chriſto alia prohibitio ultra prohibitionem legis naturae, nec etiam explicite confirmavit prohibitionem ſuper hoc factam in lege Moſaica; ſed Eckſch illegitimitate vitæ perſonas aliquando in gradu remotiori, poſtea in quarto gradu: & ratio illegitimitatis fuit propter peccem, & amicitiam fervendam in Eccleſia. Uſque enim ad quartum gradum manet amicitia ratione conſanguinitatis; & ex tunc incipiunt eſſe quaſi extranei, & amore conſpectore: & ideo conſurgit eſt tunc per vinculum conjugale tepereſcentem amicitiam revocare.

Ad Argumenta. Ad primum patet, quod illud ius neceſſarium pro principio humani generis, ſcilicet quod contractus fieret in primo gradu, in linea tamen tranſverſali, non recta. Ad ſecundum, dico quod alia eſt amicitia conſanguineorum, & alia coniungum: illa conſanguineorum maxime in linea recta, eſt reverentia quantum ad deſcendentes reſpectu ſuperiorum, & cuiuſdam regiminis, ſeu praedictae: & converſo amicitia coniungum eſt ſine tali reverentia in tantum ut ſincerus diligens conſanguineum, magis odiat in ea illam reverentiam non ſolum a ſeſ, ſed a quocunque alio exhiberi: ſed ideo concedo quod amicitia diſponit ad conſugium, ſed alterius rationis omnino ab illa; quae eſt iure conſanguineorum.

DISTIN. XLI.

CIRCA quadageſimam primam illam Diſtinctionem quaero utrum

non.

11. 1192 12.

1213

QUAESTIO UNICA.

Vtrum affinitas impediat matrimonium?

Q UOD non: eſſedus non repugnat ſua cauſa: ſed affinitas eſt eſſedus matrimonii; ergo non repugnat matrimonio. Praeterea, tunc incedit cum ſortore uxoris impedire copulam conjugalem cum ea ſimpliciter, quia per illum incedit ſic affinis uxori ſuae, conſanguens eſt ſaltem, ut habetur *Extra eod. tit. de aſſinitate, & conſanguinitate, Non debet. Oppoluit. 35. quaeſt. 3. de praesumpt.*

Hic brevis ratio aſſinitatis poteſt poni talis. Aſſinitas eſt vinculum quoddam perſona ad perſonam aliquam ex carnali copula cum perſona alteri conſanguinea contractum. Scriptum enim, quia perſona carnaliter copulata eſt conſanguinea alteri, ideo illa, cui copulatur, ſit adſus illius, & e converſo; & eſt quaſi expoſitio nominis aſſinitatis, id eſt accellio ad affines: conjunctus enim carnaliter alteri de conſanguinitate aliqua accedit per hoc ad affines illius conſanguinitatis, & ideo habet vinculum talis accellio ad omnes de illa conſanguinitate. In iſto vinculo poſſunt aſſignari gradus, & linea, ſicut prius in conſanguinitate; & pro his omnibus eſt una brevis regula.

Quoto gradu conſanguinitatis (a) aliquis diſtat ab alio, toto gradu aſſinitatis diſtat ab eodem, illa quae eſt ab iſto carnaliter cognita. Non dico uxor, quia hoc non requiritur. Non ſolum enim cum uxore, ſed cum concubina, vel meretricie contrahitur aſſinitas conſanguineorum ipſius viri, immo in incedit. Non ſunt ad aſſinitate proprie dictam, quod ſit uxor: ſed requiritur carnalis conſuſio, ut habetur *35. quaſtio. ult. Fraternalitas*, dicitur de conſanguinitate, *quod ſi una caro fuerit, non poteſt eſſe quod aliqui ſit propinquus uni eorum, ſi non pertinet alteri.* In ſive datur intelligi aſſinitatem non contracti, niſi mediante commixtione carnali. Extendendo tamen aſſinitatem, dicitur contracti non ſolum cum uxore carnaliter cognita, ſed etiam cum non cognita, & quod plus eſt, cum illa, cum qua praecite contrahatur ſpouſalia. Ubi eſt advertendum, quod iſtud vinculum contractum ad aliquam propter conjunctionem eius cum aliquo conſanguineo, & hoc ſive conjunctionem matrimonialiam, ſive concubinarum, dicitur communiter publice honeſtatis iuſtitia.

Ad quaſtionem ergo dico, quod aſſinitas ſimpliciter impedit matrimonium: & ratio non eſt niſi ſtatutum Eccleſiae illegitimitatis aſſines: & in eodem gradu impedit matrimonium, in quo conſanguinitas; & hoc quidem de aſſinitate proprie dicta, patet in *tit. ſilo de conſanguinitate & aſſinitate. Non debet.* Conſimiliter de aſſinitate communi

tom. IV.

R r

inter

QUAE.

a Regula ſtabilitatis.

niter, & extensive dicta, quæ vocatur publica honestatis iustitia, habetur *Extra de consangu. & affin. cap. 1.* æque ut canonicè dicitur, abstinendum est a consanguineis uxoris, & propriis. De ista etiam publice honestatis iustitia multa habentur *Extra de consangu. & affin. in 6. lib. quod ex sponsalibus*, quæ ipso iure sunt nulla, vel quali-tercumque, dum tamen non sunt nulla ex defectu consensu, ortus illud impedimentum matrimonii impediens contrahendum, & dirimens jam contractum.

Ad primum argumentum dico, quod a finitas quæ est effectus matrimonii cuiusdam præcedentis, illud non impedit, sed impedit aliud inter illos, inter quos per matrimonium est contracta affinitas. Ad secundum dico, quod affinitas contracta per copulam cum forte uxoris ante matrimonium, simpliciter impedit matrimonium pro futuro; sed post matrimonium contractum affinitas superveniens non dirimit: ratio est, quia multa impediunt nondum factum quæ non destruant jam factum; privatur tamen vi iure petendi propter illud etiam, & post mortem uxoris sine conjugio permancet, ut habetur ibidem.

DISTIN. XLII.

CIRCA quadragesimam secundam istam Distinctionem unam quaeritur questionem.

QUESTIO UNICA.

Utrum cognatio spiritualis impediat matrimonium?

QUOD non. *Extra de cognat. spi. si vir, vel mulier ignoranter de sacro fonte susceperint*, & sequitur, *Novis videtur, quod si ve ex ignorantia, sive ex malitia fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debet debitum subtrahere.* Contra, ibidem cap. *Veniens, Mandatum requiritur, si consisterit mulierem prædicti viri filium de sacro fonte levasse, antequam eam desponsaverit uxorem, vos inter ipsos divorcium celebretis.*

Respondendo, cognatio spiritualis legalis est quoddam vinculum contractum ex dispensatione Sacramentorum simpliciter Baptismi, & Confirmationis. Quia sicut habetur *Extra de cognatione spirituali, in 6. lib. Quamvis si ultimo. Ex datione aliorum Sacramentorum a Baptismo, & Confirmatione, cognatio spiritualis, nequaquam oritur, quæ matrimonium impediatur, vel dissolvatur*, de qua, & eius gradibus habetur, *Extra de cognat. spi. in 6. lib.*

Quantum autem ad illud, quod quaeritur, dico, quod si præcedat matrimonium, simpliciter impedit, sicut patet, in cap. *ad oppositum præallegato, Veniens.* Si sequatur matrimonium, non dirimit, sicut patet, ex primo argumento. Et ratio optimi non est, nisi statutum Ecclesiæ illegitimitatis personis in casu illo. Iuxta quod notandum, quod

quod cognatio legalis impedit etiam matrimonium, de qua habetur *Extra de cognatione legalis cap. unico: Si qua per adoptionem fuerit mihi esse capere, quando durat Adoptio inter me & istam cupiam consistere non possunt*, & Gloss. super illo cap. dicit quod illud verum est, sive cognatio legalis sit per arrogationem, sive per adoptionem: dicimus autem arrogari illum, qui sui iuris est, & per arrogationem etiam in nostram potestatem, & sic Adoptio auctoritate principis. Adoptio fit per quemlibet magistratum, non adoptatus transit in potestatem adoptantis: sed remanet in potestate sui patris: & tam adoptati quam arrogati dicuntur filii adoptivi; & inter matres adoptivos & naturales impeditur matrimonium, quando durat adoptio, ut auctoritates istæ probant, & auctoritates pro & contra solute sunt, quia una loquitur de cognatione præcedente matrimonio; alia de sequente.

Ex dictis breviter colligo impedimenta matrimonii, quæ impediunt simpliciter. Dico autem impedimenta simpliciter, post quod, si fuerit attentatum, nihil fit. Non simpliciter autem dico, prohibitionem quamcumque, propter quam illegitime fit, si tamen sit, non est irritum. Impedimenta autem simpliciter, Aut accipiuntur ex natura talis contractus, Aut ex statuto Ecclesiæ superaddito.

Si primo modo. Igitur, vel ex conditionibus necessariis ad contractum. Vel ex necessitatibus ex parte contrahentium. Ex parte contractus, quia ex natura ejus est, quod sit datio voluntaria potestatis corporis pro potestate corporis, & perpetuo comunitatum; ideo, quod impedit voluntariam dationem talem, impedit naturam contractus huius. Tale autem est ex parte voluntatis involuntarium ex metu, qui potest cadere in constantem virum, qui metus est ex certitudine sufficiente mali imminentes, quod magis debet contrahere; & huiusmodi mala sunt malum mortis, mutilationis eorumdem, carceris, propter servitutum, stupri, & huiusmodi, & de illo impedimento dictum est *distin. 20.* Involuntarium autem ex defectu notitiæ præcedentis (siquidem ad voluntarium requiritur notitia volipi. 3. *Ebdem.*) Aut est ex carentia totali notitiæ intellectualis. Aut est cum aliqui, licet defectiva, quia erronea. Si primo modo, si furia impedit matrimonium dum durat, & ita contractum istum. Si tamen furiosus habet lucida intervalla, pro tempore intervalli potest contrahere, & eodem modo post contractum tunc perire, & est ibi debitum tunc reddendum, non autem pro tempore furie, qui tunc nescit ex parte suo petere, sicut brutum: tunc etiam reddere esset alteri periculum in persona. Si autem fit aliqua cognitio, sed cum errore, vel deceptione. Triplex deceptio simpliciter impedit, quia qualibet est contra illud, quod necessario requiritur ad contractum.

Quorum prima est error personæ. Secunda error conditionis personæ, puta servitutis. Tertia error dationis muneris, puta, ista datur creditus istum posse redonare, sive sciatum posse permutare; ille autem non redonat, licet profertur verba doloso animatumque, scilicet ut

extorqueat libidinem, & de isto triplici errore dictum est supra *dist.* 30. Circa autem istius usum, scilicet qui decipit in contractu, est ut veraciter illud impleat, quod fallaciter simulabat, quia tenetur redde- re isti illud, pro quo reddendo ista commutavit, & ideo in foro conscientie cogendus est ut veraciter cum illa contrahat. Si autem iam veraciter contraxit cum alia, & per consequens non possit cum illa, rursus de peccato illo, & de in possibili, & provere restitutionem ei æquivalentem, quantum potest, ut scilicet reddat illi im- pliciti per ipsum corpus alterius viri potens æquivalentis corpori suo, quantum ad contractum istum: vel saltem conscientia ei in aliis secundum arbitrium boni viri. In foro autem conscientie si probaretur contractus exterior dolose factus ab ipso, cogitur servare illum, sicutiam verum. Sed si cum secunda contraxit tempore intermedio, adhuc Ecclesia præcipit ut achareat prima. Sed in foro conscientie dicitur oportum, quia secunda est vera uxoris, prima non; & iste debet servare sententiam Ecclesie servando veritatem legis divi- næ, & imputet sibi, quod tanta pena manet super ipsum propter talem fronsentem, quam secus, quia etiam ille contractus est obligato- rius ad aliqua bona, puta ad idem servandam, & in solubilitatem, & prolem suscipiendam, & educandam si evenit: quæ tria bona sunt matrimonii, & generaliter in omni contractu, contrahens sub conditione opposita illi contractui, nihil facit: & ideo contra rationem istius contractus est conditio opposita repugnans alicui bono matrimo- nii, & ita sunt tria in pedimentis ex triplici conditioe opposita contra- ctui, contractus bona matrimonii, & de isto dictum est *dist.* 41. Ex parte autem personatum contrahentium requiritur ut possint dare illam potestatem corpore. Simpliciter autem impotens ad copulam carnalem non potest dare hanc potestatem, quia non habet. Nec ali- gatur alteri matrimonialiter, quia iam corpus suum non est suum, sed conjugis; sic igitur in potentia simpliciter, & allegatio matrimo- nialis alteri, impediunt ex parte contrahentium de illa autem impo- tentia dictum est *dist.* 34. oulter est quedam naturalis, & quedam casualis, & utraque nisi sit perpetua, non impedit simpliciter. Natu- ralis autem in viro est, vel per frigiditatem, vel per carentiam partis necessariæ. In muliere per ardentem simpliciter, quod dico contra ardentem, alium. Casualis autem est per maleficiam, & hoc vice respectu cuiuslibet, sive respectu determinate persone. Ad istam autem impotentiam reducit impedimentum ætatis puerilis; quia est ibi non est impotentia perpetua, tamen pro tali ætate nulla est potentia, & ideo nulla potest dari, & de isto impedimento ætatis dictum est *dist.* 36. Sic igitur habemus ex parte contrahentium tria impedi- menta in genere, scilicet per metum, per defectum notitiæ, & per applicationem conditionis repugnantis. Ex parte contrahentium duo in genere scilicet impotentiam simpliciter, & impotentiam secundum iustitiam, quia allegatus est alteri. In speciali autem primum impedimentum potest esse ius multiplex, quoties est malum, quod ius timeatur. Secundum impedimentum est triplex secundum triplicem

con

cem errorem. Et quartum per defectum usus rationis. Tertium impedi- mentum continet sub se ista repugnantis tribus bonis matrimo- nii. Quartum impedimentum continet duplicem impotentiam natu- ralem viti, scilicet frigiditatem, & ardentem. Et unicam impo- tentiam mulieris, scilicet ardentem simpliciter; frigiditas contra la muliere non impedit simpliciter, sicut nec stilitas. Et unum gene- rale utriusque sexus, scilicet ætatem puerilem, & continet sub se im- potentiam casualem in utroque sexu, non tamen perpetuam.

Ultimum impedimentum mater indivisum, & ratio illius impedi- menti patet ex *dist.* 33. ubi dictum est, quod pro lege syagelica non habet locum bigamia, nec licet dimittere uxorem; ergo nullo modo ipsa vivente, sive dimissa de facto, sive non dimissa, licet cum alia contrahere.

Ex statuto Ecclesie sunt tantum modo impedimenta, ex parte per- sonatum, quia Ecclesia nihil determinavit circa formam, vel matten- tiam istius contractus, sed solum personas aliquas illegitimavit, faciendo eas non capaces huius contractus. Et hoc, vel propter nimiam earum propinquitatem inter se. Vel propter eorum ad cultum divi- num specialem applicationem. Vel propter aliosque hoc eodi criminis enormitates. Primo modo illegitimavit constantinenses in quarto gradu, & infra, & ita in simili gradu affines; & hoc vel propter dihos, quorum scilicet vinculum contractum est ex conjunctione carnali: vel extensive, quorum scilicet vinculum contractum est non ex com- mixture carnali, sed tantum per matrimonium, vel sponsalia, quod venatur publice honestatis iustitia. Et de istis tribus impedimentis dictum est; de primo *dist.* 40. de secundo & tertio, *dist.* 41. & de isto etiam ultimo impedimento habetur *Extra de sponsa. q.* est in 6. lib. Ex sponsalibus patris & certis, dummodo non fiat nulla ex deie- ctu consensus, oritur effectus impedimentum ad impediendum & dirim- endum sequentia sponsalia, vel matrimonia, non autem ad præ- cedentia dissolvendam, scilicet impedimentum iustitie publice signi- ficatis.

Juxta hoc etiam est quedam propinquitas quasi mixta, carnalis & spiritalis, cuiusmodi est cognatio spiritalis, & legalis, de quibus dictum est *dist.* 41. & 42. & de ista habetur *Extra eod. tit. Notandum in istis baptizatum: & cum qui illum suscipit de baptismo ac inter eadem baptismatum: & suscipientis filius; & uxorem ante susceptionem car- nali respectu cognitam ab eodem: imo etiam inter suscipientem patrem & baptizati, & matrem, cognationem spiritualem in baptismo. Iure contracti constans, quæ cognatio impedit ad contrahendum matrimo- nium, & dirimit jam contractum, & eadem quæ sunt de suscipiente *dist.* sunt etiam de Baptizante censenda.*

Ex confirmatione quoque spiritali cognatio eiusdem modis con- trahitur, matrimonium simpliciter impeditur contrahentium & dirimitur iam contractum: alia vero personas a supra dictis ex Ba- ptismo, vel Confirmatione, non impedit ad matrimonium contra- hendum, aut dirimit post contractum decrevimus ibidem c. 2. Repetere

coisumum, qui precedit Baptismum cognatio spiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur; per istam tamen cognationem matrimonium post contractum minime separatur. Et ibid. c. 3. Si plures accesserint ad suscipiendum de Baptismo infans, spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia post contracta impediuntur, & dissolventur; & de Confirmatione insuper quantum ad hoc idem iudicium est habendum. Ex datione veterolorum Sacramentorum, spiritualis cognatio nequaquam oritur, quae matrimonium impedit, vel dissolvit. Et est ordo istum propinquitate quia consanguinitas est more carnalis propinquitas. Affinitas proprie surgit ex copula carnali necesse. Publice honestatis iustitia ex propinquitate carnali contractum matrimoniali, & sponsalium spiritualis cognatio ex propinquitate carnali, & susceptione, vel datione Sacramenti Baptismi, vel Confirmationis. Legalis est carnali, & alio vinculo secundum legem, per adoptionem scilicet. Propter applicationem autem specialem ad cultum divinum, Ecclesia legitimavit eum, qui solemniter vivit continentiam, & eum, qui suscipit Ordinem sacrum.

De primo dictum est *dist. 38.* de secundo *dist. 37.* illud autem de voto solvendum, si tamen ibi sit traditio potestatis corporis ad castitatem servandam ipsi Ecclesiae, vel Prelato, in cuius manu vivit, & per hoc non habet potestatem sui corporis ad actum conjugalem; tunc potest reduci illud impedimentum ad naturam contractus, sicut illud de aliquo ad aliud matrimonium si autem tale votum non tollit isti quin habeat potestatem sui corporis, tunc est statum, & potestatem. Ecclesiae est illegitimatio, & irritatio, non tantum quia se tradit Ecclesiae ad talem actum, sed quia Christus vocando Joannem a nuptiis praesertim votum continentiae vinculo coniungit, & ideo Ecclesia illam, qui est in gradu superiori iuste legitimavit ad accipiendum gradum inferiorem sive ad apostatandum.

Tandem propter enormitatem criminis tantummodo duplicis, illegitimavit iuste. Propter scilicet enormitatem infidelitatis illegitimavit fideli non simpliciter, sed respectu infidelis, & e converso ad matrimonium contrahendum, & de hoc dictum est *dist. 19.* Aliud crimen enorme est, adultetium cum machinatione in morte legitimi conjugis; & de isto impedimento dictum est *dist. 35.* vel etiam cum fidei datione de contrahendo post mortem legitimi conjugis. Sic ergo in genere est statum Ecclesiae sunt personae illegitimae ex duplici crimine. Ex applicatione ad cultum Dei; Et ex propinquitate consanguinitatis, ex vinculo affinitatis, & publice honestatis, & ex cognatione spirituali, & legali. Et haec impedimenta tanguntur in his verbis.

*Si parochus praesens non sit, cum duplici teste,
Capta loco mulier, si non sit redita tuto.
Haec socianda vetant connubia, juncta retrahant.*

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,

Cultus,

*Cultus, disparitas, sus, ordo, lingamen, honestas
Si sit affinis, si forte cobi, nequibus.*

Sec in illis verbis continentur impedimenta absque omni ordine naturalis; possunt igitur ordine debito & magis in particulari istis verbis explicari:

*Vis, frans persona, servi dationis, & amen.
Addita conditio tria conjugii bona tollant.
Frigidas, marita, puer, trinitatus, praestigiosus,
Alienitas conjugis obstant materia dationis.
Ordo sacer, votum, duo cultus, sponsi mariti,
Carnalis, legit, cognatio spiritualis,
Haec vi precepti, si hinc affinis honestas.*

Hi quatuor primi versus continent impedimenta, quae repugnant naturae contractus matrimonii. Primus quoque in speciali. Secundus tria. Tertius quinque. Quartus unum. Et sic sunt quatuordecim impedimenta, post quae, subditur in fine quatuor versus, *obstant materiae dationis*, intellice, quae est in contractu matrimonii, obstant, scilicet haec omnia praedicta. Tres alii versus continent impedimenta ex statuto Ecclesiae. Primus quatuor. Secundus tria. Tertius duo, & sic sunt novem, & hoc est, quod dicitur in principio tertii versus, & sic *vi praepii*, scilicet Ecclesiae, impediunt matrimonium, & sic in speciali (tunc viginti tria impedimenta simpliciter illi auctem versus omnes non continent nisi duodecim; sed sub errore debet intelligi quadruplex impedimentum in speciali, & sub conditione triplex impedimentum, de conditionibus apostolis contra tria bona matrimonii unde qui reitet error ad errorem pertinet, & *conditio* ad errorem conditionis, satis offendit se ignorante in Iure Canonico. Votum sicut stat; cognatio intelligitur pro carnali, spirituali, & legali; crimen pro adultetio cum fidei datione, &c. & illud post quatuor quoque distinguunt secundum quod dicitur est *dist. 35.* quod illorum trium aliquando conjunguntur duo, & aliquando unum illorum impedit; sed istud impedimentum non est distinctum in istis verbis, distinctius experimentibus caetera impedimenta spiritualia. Secundum alios versus non distinguuntur, nisi illud ultimum de impotentia, quod continet quinque impedimenta specialia secundum alios versus.

Non est admittendum, si sollicitudinem tantam ponit Ecclesia in ordinando matrimonio, quia communitas Christianorum unum matrimonio, pro eius usum multiplicat populum Christianum; & ideo sic ordinari debet, ut in eius contractu & usu vitentur ea, quae obesse ordinari debet, ut in eius Deum, sive in proximum, & servanda sunt viant caritati, sive in Deum, ut sic honestum matrimonium Christianum quae congruum honestati, ut sic honestum matrimonium Christianum congrue significet illam benedictam conjunctionem Christi & Ecclesiae, de qua dicit Apostolus, *Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & Ecclesia:* quae conjunctio nunc est per fidem, & alioquin dilectionem: sed in patria erit per visionem, & periclitam

R 4

Itu:

fruitionem sponse non habentis maculam, neque rugam, ad sponsum speciosum per filios hominum: cui sit honor & gloria in lætæna sæculorum. Amen.

DISTINCT. XLIII.

CIRCA quadragesimam tertiam istam Distinctionem quaeruntur quinque: & Primo.

QUÆSTIO PRIMA.

Virum resurrectionis generalis hominum si futura?

Quod non Ecclesiastes 3, *Vnus est interitus hominum, & iumenta*; sed iumenta non reurgunt: ergo Præterea, Job. 14, *Homo cum dormierit, non resurget, donec avertatur et etiam, non evigilabit*: sed cœtum nunquam avertetur cum sit incorruptibile tergo. Præterea, Philo sophus ad Genes. *Quæ corruptum in eis secundum substantiam, non eadem eadem numero, sed specie. Idem autem. Physiologorum.*

Præte ea, per rationem; totum requirit unionem partium: ergo & idem totum eandem unionem; sed non redibit eadem unio, quia interrupta est: sed interruptum non redit idem, quia si redit idem, iteratio erit: sed iteratio repugnat identitati, quia iteratio ponit numerum, identitas privat: ergo.

Oppositum Job 19. *Scio quod in novissimo die de terra sursum erigetur sum, &c.* P. æterea i. ad Corinth. 12. *Omnes resurgemus.*

Hæc duo sunt videnda. Primo de possibilitate. Secundo de facto. De primo dicitur sic, quod si in homine anima sensibilis esset diversa ab anima rationali; & per consequens corruptibilis, sicut in aliis animalibus, optime concluderetur, quod in resurrectione non erit eadem anima sensibilis; & per consequens, nec idem animal. Si autem ponatur, quod eadem anima secundum substantiam sit in homine, rationalis, & sensibilis, nullas in hoc angustias patiemur: quod declarat alibi, ostendens differentiam hominis ad alia corruptibilia. Ad propositum, quia aliorum animalium forma non est per se subsistens, ut post compositi corruptionem manere valeat: sicut est de anima rationali, quæ esse quod ubi in corpore acquiritur, etiam post separationem a corpore retinet, & in participationem illius esse corpus per resurrectionem adducitur: ita quod non sit aliud esse corporis, & aliud anime in homine, alias conjunctio anime, & corporis esset accidentalis, & sic nulla interruptio facta est in esse substantiali hominis, ut non possit idem numero redire propter interruptionem essendi, sicut accidit in aliis rebus corruptis, quarum esse omnino corruptum. Sæpe ergo istud dictum in hoc, quod est interruptum non possit redire idem numero: tamen, quia esse anime intellectivæ est idem quod esse totius, & materia manet eadem, & sic in nullo periclitante ad substantialium hominis facta est interruptio et exten-

tit; ideo possibile est hominem redire eandem numero; non sic in aliis corruptis.

Contra hæc, primo auctoritate Augusti 21. *de civitate Dei, c. 22.* loquens de carne reddenda non nisi in resurrectione: *Et si, inquit, omnibus perisset modis, nec ulla esset materia in ullis ustura lateribus manifestis: iam enim vellet, eam repararet dominus potens: ergo totaliter destructum, & corruptum in tota esset, potest idem reparari.*

Præterea, per rationem; si destructum esset annihilatum, illud nihil sequens annihilationem ejus, esset eadem rationis cum nihil quod erat terminus a quo creationis. Patet, quia ille mutationes oppositæ habent idem per terminum a quo pro termino a quo, alia pro termino ad quem: sed nihil præcedens creationem non repugnat; quin illud, cui oppositur, poterat creati: ergo & post annihilationem non poterat idem recitari. Confirmat ratio, quia planum est quod ex parte causæ remanet eadem potestas: ex parte autem lapidis, estia, quod lapis sit annihilatus, tanta est possibilitas simpliciter ad esse post annihilationem, quanta ante creationem: quia non magis includit contradictorium. Neque illud nihil in quod cessat lapis, magis privat possibilitatem: quia non privatur, nisi tanquam oppositum, sed eadem & æqualiter opponatur ante creationem.

Præterea, (a) in homine est aliqua entitas positiva, quæ neque est pars materialis, nec formalis, nec partes sicut probatum est *tertio libro distinctio, s. g. 2.* & ad propositum sufficit reparare non rationem; quia aliquod est ibi casumatum a causis intrinsecis: sed nec materialis, nec formalis est causata a causis extrinsecis, nec ambio simpliciter: ergo aliqua est entitas a causis divinis & conjunctis acceptis: & illa destructur: alioquin homo non esset veter mortuus, quia non esset corruptio totalis entitatis hominis; & tamen illa entitas reparabitur eadem numero, alioquin non esset idem homo numero.

Præterea, B. Deus in hoc instanti, A, & in toto tempore medio usque ad, B, & instanti B, conservaret illud esse, concederet, quod esse omnino idem a numero: ergo si in A, conservat & iterum in instanti, B, & tamen erit interruptum in tempore intermedio. Probatio consequentis, quia identitas illius esse, ut est in B, ad seipsum, ut est in A, non dependet essentialiter ex conservacione pro tempore illo medio, quia neque ut a causa formalis, neque ut a quacunque causa essentiali. Hoc etiam probatur aliter, quia alioquin non posset Deus idem esse creare in alio instanti posteriori, quod in instanti prioris creat: quia si instanti prioris creat, & in tempore sequenti, conservat esse idem, ut conservatum in tempore illo essentialiter requiritur ad instantiorem illius esse in instanti B, & tunc si non esset conservatum in illo tempore, sed in primo, creatum in B non posset crea-

a Ratio efficacissima contra negantes tertiam entitatem in proposito.